

*47. Instrumentum venditionis di
Francesco e Bartolo, fratelli, in favore di
Tommaso de Conte de casali di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*47. Instrumentum venditionis di
Francesco e Bartolo, fratelli, in favore di
Tommaso de Conte de casali di Potenza*

1346-04-07

*Francesco e Bartolo, fratelli, in favore di**Tommaso de Conte de casali di Potenza*

(c. 407v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo
quatragesimo sexto, regnante domina nostra Iohanna
Dei gratia inclita Hierusalem et Sicilie regina, ducatus
Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii
ac Pedimontis comitissa, regnorum suorum anno quarto
feliciter amen, die septimo men//sis (c. 408r) aprelis,
quartadecimaa indictionis, apud civitatem Potentie.

Nos Andreas de Lacupensuli iudex ipsius civitatis,
Iacobus de Ingannulo de eadem civitate puplicus
ubilibet per provincias Basilicate, Terre Bari ,
Capitinate, Principatus ultra citraque serras Montorii ac
Terre Laboris ac comitatus Molisii regia autoritate
notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati
et rogati, presenti scripto publico notumfacimus et
testamur quod in nostri presentia constituti Franciscus et
Bartholomeus fratres, filii condam Manfridi de notario
Andrea de Potentia, eorum bona, gratuita et spontanea
voluntate vendiderunt, traddiderunt, alienaverunt et per
fustem <sic> traditionem assignaverunt iure proprio in
perpetuum Thomasio de Conte de casali dicte civitatis
Potentie, ibidem presenti et ementi pro se et eius
heredibus, petiam unam terre sitam in territorio ipsius
civitatis in contrata Macle de Calle, cuius hos dixerunt
esse confines: a duabus partibus tenet Franciscus de
notario Andrea; ab alia parte tenet Rogerius de dompna
Betanya mediante vallono et ab aliis duabus partibus
tenet dompnus Aymarius de Lacupensuli et siqui alii sunt
confines, ad habendi <sic>, tenendi <sic>, possidendi <sic>,
vendendi <sic>, donandi <sic>, permutandi <sic> nec non
quocumque modo voluerint alienandi <sic>, // (c. 408v)
cum accessibus et regressibus suis et cum viis eius in eam

intrandi et exeundi atque cum omnibus aliis universis iuribus et pertinentiis dicte terre eisdem venditoribus pro ipsa terra aud <sic> ex ea sive ipsi terre pertinentibus quovismodo. Pro qua quidem vendicione predicti fratres venditores confexi fuerunt et contenti in nostri presentia se habuisse et manualiter recepisse a dicto Thomasio emptore, nomine precii, in carlenis argenti, sexaginta per unciam et duobus per tarenum quemlibet computatis, unciam unam et tarenos decem et octo ponderis generalis, totum silicet precium vendicionis ipsius, renunciantes exceptioni non numerate peccunie, non solute et non designate <sic> ac non boni seu electi argenti, legi resissorie qua deceptis ultra dimidiam partem iusti precii subvenitur et omni alio beneficio omnium iurium atque legum quibus suffragantibus dicta posset vendicio et confexio seu dep(redic)ti huius tenor in aliquo minui vel infringi. Promittentes iidem venditores per se suosque heredes dicto emptori pro se suisque heredibus stipulanti litem vel controversiam de dicta terra ullo unquam tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsam tam in proprietate quam in possessione sibi et suis heredibus legitime defendere, guarentire et disbrigare et predicta venditione et omnia et singula supradicta et infrascripta rata et firma // (c. 409r) habere perpetuo et tenere et nunquam contrafacere vel venire, per se vel suos heredes aud aliquem loco eorum, in iudicio vel extra, de iure vel de facto, aliquo ingenio seu tractatu, sub pena dupli precii supradicti, medietate ipsius pene reginali curie et altera medietate prefato emptori vel suis heredibus persolvenda, me predicto notario publico pro parte dicte curie et dicto emptore pro se suisque heredibus a iamdi[cti]s venditoribus legitime stipulantibus penam ipsam. Qua soluta vel

Francesco e Bartolo, fratelli, in favore di

Tommaso de Conte de casali di Potenza

non, predicta et subscripta omnia in suo nichilominus robore perseverent; pro quibus omnibus actendendis et inviolabiliter observandis prenominati fratres venditores prefato Thomasio emptori corpo[ra]lia coram nobis prestiterunt ad sancta Dei evangelia [iur]amentum. Unde ad futuram memoriam dictorum Francisci et Bartholi venditorum preces et dicti Thomasii emptoris et heredum suorum [ca]utelam [fa]ctum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, [mei] qui supra iudicis ac nostrorum predictorum subscriptorum testium signis et subscriptionibus roboratum.

1

Quod scripsi ego predictus Iacobus publicus ut supra notarius qui premissis omnibus rogatus interfui et meo signo solito signavi. // (c. 409v) Ego Andreas de Lacupensuli iudex civitatis Potentie qui supra Ego Aimarius de Lacupensuli de Potentia inde interfui Ego iudex Gerardus de Carruba testis interfui Ego Evocus de Iay daverincus Potentie interfui Ego Pereogus de Lut(r)o interfui Ego Nicolaus de Helya de Vineola interfui

2

3

4

Così S per scripti

Così S per testis

Così S per Eva(ius) de Ioy diaconus (da nota testium)

Così S per Peregrinus de Levatro (da nota testium)